

nisi postquam modis præfatis manifesta sit; Sanch. num. 31. Simanc. Peña ubi proxime, Par. Suar. de censur. disp. 43. sect. 3. num. 2. Hurtad. §. 25. Fallit tamen si ad preces patris hæretici, etiam occulti, beneficium filio fuerit datum; Sanch. n. 29. 31. Montalu. sup. Pet. Gregor. synagmat. part. 3. lib. 33. num. 31. Quod generaliter statutum est in cap. 2. §. Ad hæc, de hæretic. in 6. Etenim, is qui precibus hæretici ecclesiasticum consequitur beneficium, etiam ignorans, eo privatur; quod si sciens, ad alia obtinenda iudicem inhabilis redditur. Ita Azor. ubi proxime, Sanch. dist. num. 29. Gonça. ad reg. 8. Cancellar. glos. 15. num. 68. Marefc. sup. num. 9. Aug. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. allega. 57. num. 230. Pet. Gregor. supra cap. 8. n. 3.

57 Postquam autem patris crimen notoriè detectum est, filius, si aliquid beneficium adipiscatur, ipso jure privatur eodem, Sanch. num. 33. Hurtad. §. 25. ad finem. Hinc est, ut post notorietatem hæresis paternæ, nequeat filius beneficium, quoad antea obtinuerat, liciteque retinet, permutare; cum inhabilis sit ad acquirendum beneficium alterius permutantis; quare si permutatio fiat, eveniet, quod utroque careat obtento, quod possidebat, quia illud dimisit per resignationem; obtinendo, propter incapacitatem, Sanch. n. 33. 34. Flamin. sup. lib. 1. §. 5. n. 27. quod intellige etiam de notorietate facti, Dian. alios referens, d. resolut. 76. vers. notandum est etiam, Sanch. d. c. 27. n. 28.

Ibi: Cui quæstioni præmittendum.

58 Quoties prohibetur aliquis, ne possit ad officia vel beneficia accedere, non censetur illis, quæ jam possidet, spoliari, Glos. vers. obtinenda, in Clement. 1. de penis, Sanch. c. 28. num. 28. Cardinal. in dist. clement. verb. ipsius, num. 3. quæst. 2. Imola num. 18. vers. Glos. obtinenda, Bonifac. num. 54. Pet. Barbof. in l. cum prator, §. ult. num. 186. ff. de judic. Lotter. sup. num. 60.

Ibi: Sic licet infamis.

59 Infamia facti notatus quamvis prohibeatur Ecclesiastica adipisci beneficia, ea, quæ possidet tempore, quo illam incurrit, non amittit, Petr. Barbof. ubi proxime, Henric. in summ. lib. 13. cap. 38. §. 3. ad medium, Campanil. in diversor. jur. Canon. rubr. 11. num. 5. in fine, Garc. de benefic. part. 7. cap. 8. num. 35. 36. sed infamia juris aufert obtenta, Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 3. ex num. 59. ubi quod desideratur sententia privationis.

Ibi: Quo in loco adnotandum est.

60 Hæreticos beneficiis, etiam ante crimen possessis privati, nulli dubium est per text. in c. ad abolendam 9. §. Præsentis, de hæretic. Illud verò solet disputari, num; talis privatio ipso jure contingat, vel sententiam contra eisdem ferri desideretur? & hoc ultimum sustinent Simanc. de Cathol. instit. tit. 46. num. 71. 72. Gomez ad Regul. Cancellar. reg. de annal. possess. quæst. 52. Pat. Vazquez 1. 2. disp. 172. c. 2. n. 11. Henriq. sup. lib. 33. de excommunic. cap. 56. num. 2. Salced. ad Bern. Diaz sup. c. 14. lit. A. quibus accedere videtur Hurtad. d. tract. de Fide, disp. 87. sect. 2. §. 16. ac de jure posse defendi, fatetur Aug. Barbof. sup. d. allega. 57. n. 37. à quibus non omnino discedit Pat. Suar. de Fide, disp. 21. sect. ult. n. 18.

61 Nihilominus oppositum; scilicet sententiam opus non esse, communiter placet; ut docent Bernard. Diaz, d. c. 14. num. 2. Peña sup. part. 3. q. 113. comment. 162. Sanch. c. 26. n. 6. Marefcot. d. c. 35. n. 1. Garc. sup. part. 11. c. 10. n. 6. Farinac. de hæres. q. 189. ex n. 69. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caf. 46. n. 61. Spin. in specul. testam. glos. 12. rubric. n. 45. Azeved. in l. 1. n. 203. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Flamin. sup. lib. 3. q. 1. n. 32. Rebuf. d. tit. de mod. amittend. benefic. n. 4. Ricciul. sup. lib. 5. cap. 19. n. 19. Reginal. in pract. for. penitent. lib. 30. tract. 3. num. 318. Rot. decis. 707. 718. lib. 3. part. 3. diversor. Lotter. sup. d. q. 28. ex num. 20. ubi quod idem est in crimine læsæ Majestatis humane, de quo latè q. 30. per tot. & quid de Principe sæculari, ex num. 142.

62 Est tamen adnotandum, etiam juxta hanc posteriorem sententiam, hæresis reum ante sententiam, qua ut talis dam-

netur, astrictum non esse ad dimittendum beneficium, suofque interim post scelus admittam fructus facere, Sanch. n. 7. Menoch. n. 62. cum sequentibus. Flamin. n. 48. & alii apud Sanch. qui num. 8. autem esse post sententiam antequam per Judicem exequatur; nisi in ea præcipiatur hæretico, ut illic beneficia dimittat: Sed post condemnationem, seu exequutionem, fructus perceptos ex die, qua in hæresim lapsus est, restituere compellitur, Sanch. cum aliis, num. 10.

Ibi: Ipsi verò hæreticorum fautores.

63 Fautores, vel receptatores hæreticorum, beneficia jam ante delictum obtenta ipso jure non amittunt; sed sententia prius in eos ferenda est: Sanch. n. 15. Peña d. comment. 162. n. 13. Hurtad. d. disp. 88. §. 38. Pat. Suar. ubi proxime, disp. 24. sect. 1. n. 15. Decian. sup. lib. 5. c. 51. n. 3. Sanctarel. c. 11. n. 32. Grilland. in tract. de hæretic. q. n. 1. Lotter. d. q. 28. n. 29.

Ad Num. 5.

64 Percelebris quæstio est, utrum filii hæreticorum ante paternum crimen concepti comprehendantur sub cap. 2. §. Hæretici, de hæretic. in 6. & aliis, quæ in liberos eorum stabiliunt; de qua, ultra pauld inferius allegandis, disserunt latissime, ac rectè Sanch. d. cap. 27. ex n. 6. Elcob. de purit. sanguin. p. 2. q. 4. §. 4. n. 34. cum seqq. Guttier. de delict. qu. 51. a num. 3.

65 Est obiter prænotandum, quod licet DD. communiter in hac controversia loquantur de filiis natis ante hæresim, sunt intelligendi etiam de conceptis; nam qui in utero est, quoties de ejus commodis, ut in præsentis, disputatur, pro nato habetur; lib. qui in utero 7. & 26. ff. de stat. homin. lib. 2. §. Si ad tempus ff. de Decurionib.

66 In hac igitur controversia, est pro utraque parte communis opinio; & negativè responderunt benignè Tiraq. de jur. primogenitur. q. 71. n. 4. Eman. Suar. in Thesaur. receptar. sentent. lib. H. verb. Hæreticos condemnari, n. 117. Clar. d. §. Hæreticos, num. 17. in fin. Bonacol. commun. verb. Hæreticorum bona, Mieres, de majorat. p. 2. q. 4. illat. 2. n. 7. in prim. edit. Torreblanc. de Magia, l. 3. c. 11. n. 48. Molin. d. c. 11. n. 54. D. Juan. Vela de pen. delictor. cap. 2. 1. vers. Secundo puniuntur, Villadieg. in foro juzgo ad prolog. l. 11. n. 29. Pat. Molin. d. disp. 658. n. 21. Simanc. in Enchirib. judic. tit. 63. n. 10. Sanch. sup. n. 10. Hurtad. sect. 2. §. 20. ubi testatur, filium hæretici combustum ex sententia Supremi Regii Senatui Castellæ, paternum Comitatum obtinuisse, & ad egregiam in militare dignitatem assumptum: fuisse quod idèo ita contigisse, observat, quoniam ante patris delictum fuerat genus, Tulch. sup. da conc. 102. n. 37. Sanctar. c. 34. dub. 2. n. 11.

67 Affirmativam tamen, videlicet prolem conceptam priusquam parens hæresis labem contraherent, pœnas non effugere: sequuntur cum D. Covarr. Menoch. dist. præsup. 33. ex n. 17. Guttier. d. c. 30. num. 37. & de quæst. 51. n. 5. Lotter. d. q. 28. n. 72. Farinac. dist. quæst. 191. §. 2. n. 57. 58. Cast. de leg. pœnal. lib. 1. c. 7. docum. 2. corollar. 1. Didac. Perez. in l. 1. col. 6. tit. 7. lib. 8. Ordinar. Dian. sup. resol. 74. Petr. Barbof. in l. 1. part. 4. n. 85. ff. solut. matrim. Ant. Gomez. d. c. 2. num. 16. Azor. lib. 6. c. 4. quæst. 3. vers. Dubia quæstio est: Merlin. d. tract. de Legitim. lib. tit. 1. quæst. 31. n. 29. Pat. Suar. de censur. disput. 43. sect. 3. n. 2. Menchac. de successione, progress. lib. 1. §. 1. n. 168. Avendañ. in l. 4. Taur. August. Barbof. in collectan. ad c. statutum 15. n. 3. de hæretic. in 6. Peña d. comment. 161. vers. Omittis tamen: Rota apud Ricciul. d. c. 30. n. 27. & apud Marefc. d. c. 35. n. 9. vers. Rota tamen. Sicque servari in Sanctæ Inquisitionis Tribunalibus affirmant Roxas de hæretic. part. 2. n. 356. Peña ubi proxime, Oled. sup. part. 1. c. penult. n. 99. Perez in l. 3. vers. Despues que fizo la traicion tit. 9. lib. 4. Ordinar. Simanc. d. c. tit. 29. n. 22. Et ita per Supremum Castellæ Senatium in causa gravi fuisse dicatum testis est Guttier. d. quæst. 51. n. 9. vers. Post à paucis dicitur.

68 Ratio hujus amplectendæ opinionis est, quia cum ideo filii puniantur ob paternum crimen, ut homines magis à delictis absterneant metu pœnæ liberorum, in quibus vehementius, quam in se ipsis terrentur ac cruciantur, Dian. d. resol. 74. & dictum est sup. n. 24. Hæc causa puniendi patri formiter

reformiter reperitur in filiis natis ante hæresim, ac post ipsam procreatis; quare in utroque eadem juris dispositio servari debet, l. illud 32. Cum vulgatis, ff. ad leg. Aquil. Quamvis Sanch. & sequaces sentiant, filios ideo puniri, quoniam in eis propter sanguinis infectionem paterni sceleris exempla merentur; inquit Casares indist. l. quisquis, §. 1. quæ infectio in jam natis, vel conceptis tempore admittæ hæresis considerari non potest: etenim verius est, hanc non esse præcipuam rationem, sed primò traditam, quod expressim notavit Menoch. d. præf. 33. n. 8. & rectè: quia cum hæc præsumptio parum sit efficax, æquissimèque fallat, Simanc. de Catholic. instit. tit. 50. n. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 15. n. 25. tanti habenda non est; ut ex ea insolentes filii pœnis afficiantur, siquidem quotidie evenit, ex optimis parentibus sceleratos filios nasci, ut ex Abraham Imacel, ex Isaac Esau, ex Samuele Ioel, & Abia, ex Fideli Davide rebellis Absalon, ex Imperatore Marco Aurelio Commodus, ex Scipione Africano tam indignus filius ortus est, ut de eo Valer. Maxim. lib. 3. obsecratam ex maximo splendore exortam dixerit. In quo est maxime observandum, nullum ex claris, illustribusque viris Romanis sibi similes, sed vilissimos filios reliquisse, ut testantur Avid. Cass. in vita Imperat. Severi: Plog. Florent. lib. de infœlic. Princip. Petr. Ciuit. de honest. disciplina, lib. 21. Per contrarium ex pravis, turpibusque genitoribus probis, & inclyti filii prodierunt, ut à Saule Ionathas procreatus est, ab Achaz Rege Juda Ezechias, ab Amon, qui etiam regnavit in Juda, Josias, à Levigildo Gotho Hispaniæ Rege Ermenegildus, & Reccaredus: de quo D. Chrylostom. super illud Matth. cap. 3. vers. 9. Pat. em habemus Abraham, &c. Ubi ait: Quid Timotheo nocuisse creditur, quod patrem h. buit Tharam Lincorum Deorum cultorem; nonne separatus à genere suo positus est in caput Fidelium; ut non iam diceretur filius peccatorum, sed Pater Sanctorum? nec ponuntur ejus gloriam sordidare paterni errores. Virgil. lib. 7. Æneid. de Mezentio, & Lauso ejus filio agens ita canit.

Dignus, qui Lætor esset,

Imperii, & cui pater hand Mezentius esset. Similiter pater idem non immutatis moribus filios pessimos, ac optimos solent generare, prout communi contigit parenti Adamo, Abraham, Isaac; Imperatori Vespasiano & innumeris aliis frequentissimum est, ut notant Menoch. sup. lib. 6. præf. §. 8. n. 10. cum seqq. Tiraq. de legib. connubialib. l. 7. n. 9. Aug. Barbof. in collectan. ad c. non debet. 22. ex n. 5. de reg. jur. in 6. Indè non præsumptionem, sed suspicionem quod filii parentes imitari sunt, sentit Aleiat. de præsumpt. reg. 1. præf. 24. n. 1. quem refert, & sequitur Menoch. n. 10. Atque ita ratio puniendi filios ob delictum patris, non est timor paternæ imitationis, aut saltem præcipua haberi non debet, sed quod patentes puniuntur in liberis qui eorum pars censentur, ex Philosoph. Ethicor. 5. c. 6. & mai. moral. lib. 1. c. 34. notat Lotter. sup. n. 65.

69 Licet autem contraria sententia cum Sanch. tenenda foret Amphiatio, quam idem tradidit, nu. 15. non posse admitti videretur: ait enim filium genitum, postquam pater hæresim mente conceperit, priusquam ad actum externum perveniret, non incurtere pœnas in liberos hæreticorum stabilitas. Sed hoc ipsius potissimo fundamento destruitur; nam si filii plestantur eo quod ex sanguine infecto sunt procreati, infectio non provenit ab actibus externis, sed à pravitate animi, qui cum per mentalem voluntatis actum sit contaminatus, propensio ad imitandum paternum facinus in prolem transfunditur. Nec placet, quod in probationem adducit: scilicet leges in imponendis delictorum pœnis non inspicere solam infectionem internam, cum propter illam, nec ipsi delinquentes reneantur, undè multò minùs filii insolentes puniri debeant. Nam, si, ut ipse opinatur, ideo filii ante delictum concepti pœnas non incurunt, quia infecti sanguinis vitium non contrahunt, necessariò attendendum est ad actus etiam internos, ad dignoscendum an sanguis sit infectus, nec ne, cum hoc solum causa animadvertendi in liberos culpæ expertes sit: Ipse verò delinquens propter infectionem sanguinis non patitur, sed ob proprium scelus, quod nisi per actus externos manifestum fiat, sensibusque percipi possit, punibile

non est, cogitationis 18. ff. de pœn. quare nec in hæreticum mentalem jura statuunt, cum Ecclesia de occultis judicare non valeat, cap. unic. §. Porrò ut Ecclesiastic. benefic. Glos. verb. Tolerare, in cap. literas 13. §. Quod si non habeat, de res. sit. spoliat. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. 10. 2. c. 19. dubit. 59. sect. 2. n. 10. Ricciul. de person. ex tra. grem. Eccl. lib. 4. c. 10. n. 10. cui solum de manifestis iudicium datum est, ut ait Pontifex in cap. rva nos 34. §. ult. de simon. Lotter. sup. lib. 3. q. 29. n. 15.

Vers. Secundo, pro Calderino.

70 Proximè quæstioni hæc adè affinis est, ut simul à DD. de utraque solet disputari, cum ex eisdem ferè fundamentis earum pendat resolutio, ut videre est apud Sanch. sup. Anton. Gom. a. n. 16. Cevall. q. 653. Dubitatur itaque cum filii proditorum in Principem incidant in pœnas d. l. quisquis, præscriptas in filios reorum læsæ Majestatis, qui jam erant concepti tempore facinoris perpetrati? Patrem negatvam amplexi sunt Sanchez, n. 10. cum seqq. Cevall. ex n. 14. Suarez, in suo Thesaur. lit. F. verb. filii, n. 226. Clar. in d. §. Læsæ Majestatis, n. 12. Gothofred. in glos. lit. Q. in d. l. quisquis: Bonacol. sup. verb. Filii ante delictum patris. Orofc. in l. emancipatum, n. 4. ff. de Senatorib. Olan. in concor. jur. lit. F. verb. Filii, n. 68. Cifuent. in l. 4. Taur. num. 3. vers. Secundo modo limitatur, Molin. dec. 11. n. 55. Ojed. sup. d. cap. 23. n. 98. Pat. Molin. ubi proxime, Guttier. c. d. 30. n. 32. Medices in tract. mors omni solvit, n. 18. Vela de pœn. delict. cap. 21. vers. 2. Et plurimi apud Sanch. & Cevall. qui hoc de jure Regio indubitabile dixit, & ab omnibus Hispanis Interpretibus teneri, testatur Guttier. per leges Regni, quas D. Covar. refert, lexque Ordinamenti infarta est novæ Recopilationis, quæ est l. 3. tit. 8. lib. 8. Undè non pauci quamvis de jure communis contra sentiant, hanc de jure nostro veram opinionem profitentur, ut Ant. Gom. d. n. 16. in fin. Villalob. in antinom. jur. civil. & Regn. lit. F. verb. Filii, n. 45. D. Covar. infra, vers. Quarto solet, ab his tamen receedit Greg. Lop. in d. l. 2. glos. 5. ad medium.

71 Sed oppositum, & sic quod omnes filios d. l. quisquis, comprehendat, tuentur Greg. Lop. ubi proxime, Ant. Gom. sup. Menoch. d. præf. 33. n. 16. Merlin. d. q. 30. n. 17. vers. In puncto juris, Farin. de crimin. læsæ Majest. q. 16. n. 91. Gig. d. tit. de pœn. quas fil. incur. q. 5. n. 2. Afflict. in constit. Regn. Sicil. rubric. 2. n. 39. Boet. dec. 7. n. 6. Dec. sup. lib. 7. c. 41. n. 8. Cautera in quæstion. crim. tit. de quæstion. tangunt. puniri. delictor. c. 1. n. 11. Villadieg. de hæretic. q. 23. ad finem, Surd. de alim. tit. 1. q. 3. in fin. Bellapertica in l. nullus, C. ad leg. Jul. Majest. Roland. conf. 74. n. 2. vol. 3. Platea in §. Publica autem, n. 27. Inst. de public. judic. Quæ sententia quoad jus commune verior est, prout sentit D. Covar.

Vers. Tertio, opinioni Calderini.

72 Filium Regis, vel Ducis, aut alterius in dignitate constituti dici non posse, nec prærogativis, ut talem gaudere, qui ante adeptum Regnum, aut Ducatum natus est; potiorèque esse filium minorem natu in successione Regni, si postquam pater illud obtinuit, editus sit, sentiunt Didac. Per. in addit. ad Segura, in l. unum ex familia, §. Sed si fundum, n. 72. ff. de leg. 2. & in l. 3. verb. No gozen, tit. 1. lib. 4. Ordinar. ment. Cremenf. sing. 50. Cevall. q. 653. n. 21. Cotta in memorabilibus, verb. Primogenitus, verb. Sed quid si Rex, Sanch. d. c. 27. n. 14. in 9. argum. Cifuent. in l. 40. Taur. in 4. q. Mart. Laudens. in tract. de primog. q. 1. & aliis, quos laudat Cald. de nominat. emphyteus. q. 13. n. 45. vers. Neque abs re, & Guiliel. in c. Raynatus, verb. in eodem testamento, primo, num. 200. Hinc in Persia inter Artaxerxem, & Xerxem Darii filios mota controversia super Regni successione; nam ille, licet primogenitus esset, ante patris dignitatem esse natus; hic verò, qui erat minor ætate, à parente jam Regè fuerat genitus, hæc Regnum adjudicatum est, iudice Demarato, Spartanorum Rege, ut refert Justin. lib. 11. de bell. extern. Herodot. lib. 7. Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 11. n. 22. C. de in offic. testam. Simili modo decisa est causa de Mediolanensi Ducatu inter Ludovicum, & Galeatum fratres, Rainald. Corf. lib. 3. indagat. jur. c. 6. Guicciardin. lib. 2. histor.



Ibi : Hanc profectò opinionem.

Contrarium verò probatur ex l. 2. §. In filiis. ff. de Decurionibus. l. moris 9. §. Parentes. ff. de pen. & cum D. Covar. pluri- mi sentiant nihil interesse, filium ante, vel post dignitatem patris nasci, Ant. Gom. in l. 40. Tau. n. 67. P. Molin. disp. 6. 24. num. 1. vers. Porro in majoribus ; Greg. Lop. in l. 2. glof. 1. o. tit. 1. §. p. 2. Molin. de primog. lib. 3. cap. 1. n. 3. ubi Addition. notant, hoc jam propter receptam consue- tudinem esse extra controversiam ; Menoch. de presump. lib. 4. pres. 92. numer. 5. Mier. de major. part. 2. quæst. 3. illat. 5. Cujac. in l. si Senator. C. de dignitatib. lib. 1. 2. Petr. Greg. synta- gm. lib. 4. 5. cap. 3. num. 5. Hotom. in illustrib. q. 1. Duaren. lib. 2. disp. ante vers. c. 29. Joan. Mili. in repetitor. verb. Filius pri- mogenuus. Salycet. in l. Imperialis. §. Illud. C. de nup. Azeved. licet distinguitur in l. 1. n. 83. 84. tit. 1. lib. 6. Recop.

Ibi : Quibus accedit ; & convenire videtur.

74 Filius nobilis non est, post cujus natiuitatem parenti privilegium nobilitatis conceditur. l. 1. tit. 1. lib. 6. Recol. l. ut. C. de Decurionibus lib. 10. Guttier. d. c. 30. n. 6. P. Molin. d. disp. 6. 58. 2. 1. vers. Tertio ex lege, Menoch. conf. 2. 67. num. 11 August. Barbof. in collectan. ad Auth. quod eis n. 7. vers. Dum textus, C. de nupt. Oialor. de nobilit. part. 4. princip. cap. 2. Sanch. ubi proximè. Cevall. sup. n. 2. Azeved. in d. l. 1. n. 82. Aliud erit si post conceptionem ante natiuitatem pater nobilis efficiatur, argum. l. qui in utero 7. cum similib. ff. de stat. homin.

75 Queret aliquis, cor quoad dignitatem non constituitur ea differentia, quæ quoad nobilitatem admittitur inter liberos ante, vel post eam adeptam procreatos ; Cui responderi poterit, ad nobilitatem non sufficere, ut quis filius nobilis sit, sed necessariò desiderari, ut ex generoso patre procedat, unde qui ante privilegium patri concessum nascuntur plebei sunt, quamvis filij Nobilis jam dici possint. Postea vero progeniti ex nobilitate genitore oriuntur, atque ita Nobilium numero adscribuntur. At ut quis gaudet privilegiis paternæ dignitatis, in ipsamque succedat, opus non est quod à Rege, Duce, aut Senatore signatur, nam fat est eo natum esse, qui aliquando ad aliquod hono- ris fastigium evehitur, l. Senatori filium §. ff. de Senatorib. nec superveniens status paterni mutatio jus filiationis, & vinculum dissolvere potest. Hinc provenit, ut liberi post dignitatem quæstii melioris conditionis non censentur, etsi à clariori parente procreentur, quia solum, an filij sint attenditur.

Ibi : Imò ego idem responderem.

Hanc ampliationem ad conclusionem proximè tradi- tam, ut scilicet privilegium nobilitatis concessum alicui, ejusque posteris liberos jam natos non comprehendat, ructur P. Molin. ubi proximè, Azeved. sup. d. n. 82.

Ibi : Quin, & illud, ni fallor.

Ratio hujus declarationis ad legem Regiam manifesta 77 est; nam confirmatio est juris quæstii corroboratio, quæ nihil de novo tribuit, nisi aliud de mente confirmantis appareat, cap. inter dilectos 6. §. Caterum, de fide instrum. cap. quia diversitatem §. §. Mandamus, de concess. prabend. l. 1. & quia 6. ff. de jurisdic. omni. jud. l. Aurelius 29. §. Testamento. ff. de liberal. legat. Tusch. lit. C. conc. 705. & 708. Guttier. pract. lib. 3. c. 17. n. 43. Selle Aragon. decis. 115. mult. Azeved. ubi pro- ximè, n. 72. & 73. Rot. apud Farinac. decis. 123. n. 5. p. 1. re- cent. Menoch. conf. 191. n. 46. Pacian. de probat. lib. 2. c. 30. n. 13. Deci. in rubr. de confirm. util. vel inut. Matefcot. variar. lib. 1. c. 9. n. 5. 6. Lotter. sup. lib. 2. q. 54. n. 64.

Vers. Quartò solet pro Calderino.

78 Hanc solutionem D. Covar. quæ verissima est, impugnant Sanch. d. c. 27. n. 14. col. 3. in fin. vers. Sexio, ex l. 2. Molin. d. disput. 6. 58. n. 5. Qui rejiciunt differentiam inter delicta, ex quibus filij ob paternum crimen plectuntur, & alia; ut antea nati teneantur, sed immeritò; nam in aliis criminibus

præter læsæ Majestatis, liberi postea procreati prærogati- va paternæ dignitatis non gaudent; non in peccatam, sed quoniam ab homine privato sunt geniti qui dignitate ob proprium scelus caret. Hæc autem ratio in eis, qui à patre in honore constituto, ante delictum seilicet sunt progeniti, omninò cessat, ideoque hanc distinctionem jura sapif- sime admittunt; l. emancipatum 7. ubi Consultus rationem reddit, ibi: Nec enim propriè Senatoris filius dicitur is, cujus pater Senatus motus est, antequam ipse nasceretur; ff. de Senato- rib. l. 2. §. In avo. ff. de Decurionibus. Sed cum leges propter fa- cti atrocitatem in liberos statuuntur, cum tam ante, quam postea nati, quàm pater deliquerit, liberi sunt, omnes com- prehendunt; quandoquidem sine distinctione loquimur, maxime ea ratio decidendi admittitur ad eas constitutiones, quam probavimus sup. n. 68. Ex quibus constat differentia rectè à D. Covar. in presentis constitui, ut argumentum Cal- derini diluat. Ad quod est text. in l. moris 9. §. Parentes. ff. de pen.

Ibi : Hujusque opinionis censetur esse.

Sequentibus, & aliis fundamentis, quæ adversus Calderi- num ipsi adducunt, respondent Sanch. n. 17. & Molin. sup.

Ad Num. 6.

Adde Guttier. d. c. 30. n. 46. At Sanch. n. 14. post princip. in 2. 80 argum. licet fateatur, verba d. c. non imputantur. 1. q. 4. non reperiri in loco, qui à Gratiano citatur; nihilominus ex aliis D. Augustini locis eandem sententiam probat, & D. Covar. solutionem hic traditam refellit; sed autoritates, quas adducit, palam agunt de peccato paterno quoad pec- nam spiritualem, probantque nullum peccatum parentum officere posse filiis jam natis; nam originale duntaxat af- fecit post illud procreatos: quod ex eo apparet, quia in prædictis locis, semper eximus Doctor de peccato origina- li verba facit; & quidem ex Sacris litteris constat, filios jam natos ob patris culpam temporaliter plecti, sic Cham delinquente, puer Chanaan filius ejus maledicitur Genes. cap. 9. vers. 25. Similiter Acham ob peccatum filij, quos ha- bebat tempore, quo deliquit, igne extinguuntur, Jos. cap. 7. vers. 24. quidquid contra communem opinetur Vazq. tom. 1. in 1. 2. disp. 135. c. 3. n. 13.

Ad Num. 7.

Potest quis justè ex causa ob alienum factum poena pe- 81 cuniaria puniri, non corporali: quare Statutum illam impo- nens valet, Guttier. d. n. 27. Ojeda, d. cap. 23. n. 107. Cach. Pedemont. decis. 88. n. 18. Clar. d. lib. 5. §. fin. quæst. 86. n. 5. Ma- gon. Lucens. decis. 17. n. 2. 3. part. Farinac. in pract. crimin. q. 24. n. 189. Caball. resolut. crimin. cas. 149. n. 18. Card. Tusch. lit. S. conc. 605. & conc. 618. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de jur. qua- sit. non tollendo, conc. 2. n. 18. vers. Quartò amplia. Joan. de Pla- tea in rubric. vers. Quod autem, C. de decret. Decurion. lib. 10. Cartar. de exequit. sentent. cap. bannu. à n. 71. Luc. de Penna in l. 1. verb. convenit, C. de omni ag. desert. lib. 11. Cyriac. tom. 2. controvers. 356. n. 46. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 346. n. 10. latè Guazzin. sup. defens. 33. cap. 2. n. 8. Idemque consue- tudine potest introduci, Roman. conf. 30. Menoch. n. 11. qui alios refert asserens, ea statuta rigore esse plena, & ideo strictissime interpretanda: idem docent Dec. in hextra ter- ritorium, n. 5. ff. de jurisdic. oran. judic. Marfil. sing. 224. Tusch. d. conc. 605. n. 20. Cyriac. sup. n. 43. Merlin. statim laudan- dus, n. 10. Malcard. de statut. conc. 4. ex n. 9. unde cum quis pro alieno crimine puniendus venit, illud penè probati oportet per veras probationes, nec sufficit, ut reus pro confesso propter contumaciam habeatur; Card. Tusch. lit. P. conc. 212. Malcard. sup. conc. 10. num. 19. Guazzin. n. 9. & dixi sup. de liberis hæreticorum agens.

Ibi : Nihilominus verum est.

Valet statutum, ut quis propter delictum ab alio com- 82 missum infamia notetur, si justa sit causa; Tusch. lit. P. conc. 212.

conc. 212. num. 48. Clar. ubi proximè, Farinac. d. quæst. 24. num. 192. qui fateatur hoc durissimum esse, & in crimine læ- sæ Majestatis duntaxat ob immanitatem sceleris tolerari; quare talia statuta non valere, docuit Bald. in rubric. C. res int. alios act.

Vers. Hinc apparet.

83 Statutum tenet, quo cavetur, ut pater sit astrictus ad solvendam poenam pecuniariam pro filio delinquente, in- tra Legitimum, Tusch. d. conc. 618. num. 9. Bonacof. com- mun. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 10. Mich. Crass. in tract. de succes. §. Legitima. quæst. 12. num. 3. vers. Sed diversum Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. ex num. 7. Clar. d. quæst. 86. num. 8. Surd. decis. 314. num. 1. Farinac. num. 160. Caball. sup. cas. 250. num. 1. Gomez in §. Actiones, num. 24. Inst. de actionib. Chaffan. in consuetud. Burgund. rubric. 7. §. 2. num. 5. Daenas reg. 356. num. 2. Cagnol. in l. ult. n. 287. C. de pact. Suar. receptar. sentent. verb. Legitima, num. 67. Padill. in l. si emancipat. num. 34. C. de jur. & fact. ignorant. Menchac. de success. creat. §. 20. num. 286. Joseph. Ludovic. Perns. decis. 11. num. 24. Guttier. de delict. quæst. 42. num. 8. & in §. Sui. num. 90. Inst. de hæred. qualif. ubi ampliat, etiam ultra legitimam. Quod Statutum ea nititur ratione, quia parentes ita magis studebunt, ut filij bonis moribus im- buantur, ac potius in bono quàm in malo verentur; Ca- ball. ubi proximè Roman. in l. si filiorum. la. 2. n. 27. vers. Quoad ultimum. ff. solut. matrimon. Ruin. conf. 8. num. 1. 2. lib. 3.

84 Sed præfatio statuto locus non erit, ubi pater delinquentis habet nepotem ex eo, quia minime ad solutionem con- demnationis pecuniaria tenebitur, Bald. in l. si qua poena, in prim. lectur. vers. Quæro, pater habet filium. ff. de iis, q. sui vel alien. jur. sunt, Tusch. n. 11. Joseph. Ludovic. sup. n. 27. cum seqq. Crass. n. 4. Surd. decis. 167. per totam, Bajad. ad Clar. d. quæst. 86. num. 23. Ruin. num. 6. Merlin. late. sup. quæst. 36. per tot. Caball. num. 23. Farinac. sup. num. 172. Quod tamen fallit in crimine læsæ Majestatis, Bajard. ubi proximè, Farinac. sup. num. 172. Merlin. qu. 36. in fine.

85 Similiter locus non erit statuto, si filius, qui deliquit, solvendo sit, Caball. num. 32. ubi alij. Neque in nepote delinquente, quamvis pater ejus de medio sit sublatus, Caball. num. 21. Merlin. sup. quæst. 37. num. 5. ubi disputat, Ruin. n. 5. Dyn. in l. lege Julia. §. Hoc capite. ff. de rit. nupriar. Nell. in tract. de bannit. 1. q. 3. 4. in fine, de aliis limitationibus consulas Caball. d. cas. 250. & Clar. d. §. fin. quæst. 86.

86 Præter quas aliam à se primùm excogitatam tradit Mer- lin. d. q. 33. in fine, & lib. 4. tit. 1. quæst. 4. nu. 11. quando scilicet crimen admittit, propter quod filius potest exheredari, ut hæresim; nam pater exheredando illum, poena pecunia- ria solutionem effugiat, ad quam ex statuto tenebatur: du- citur ea ratione, quoniam per dilectum filij fuit jus quæsi- tum patri ad excludendum illum à legitima, qui per statu- tum non censetur fieri præjudicium; atque ita preveniendò filici petitionem, eodem potior erit; quæ sententia licet humanitate, ac æquitate fulciatur, ut idem Merlinus asse- verat, difficultatibus non caret; nam cum filicus statim, fi- lio damnato, legitimam illi competentem extorqueat, ipse ita prevenit, ut jam exheredationi locus non relinqua- tur, quæ in tempus mortis exheredantis confertur, sicut cætera, quæ testamento disponuntur; l. ff. de testament. cum exheredatio nisi in testamento facta non teneat, §. Codicillis, Inst. de codicill. Nec interest, quod pater ante- quam filicus agat, filium reum exheredem faciat; quia non inspicitur tempus, quo disponitur; sed illud ad quod dispositio confertur: in tempus 62. ff. de hæred. instit. l. si is qui hæres 11. ff. de vulgar. l. Titio cum morietur §. 6. ff. de usus fruct. Bald. in l. si res, C. de jur. dot. Menoch. conf. 770. num. 2. Tiraquel. de primogen. quæst. 40. num. 174. Unde cum filicus præoccupet legitimam filij, nihil superest, quod per ex- heredationem pater possit eidem adimere.

87 Deinde in contrarium mover, quod donatio ingratitu- dine in præjudicium Tertij non revocatur, l. si post divor- tium 70. §. patrona, ff. de jur. dot. l. si dotem 24. C. eod. Bald. in d. §. Patrona, Salycet. in d. l. si dotem, Rip. in l. ult. quæst. 5. c.

de revocand. donat. & alij, quos refert Menoch. conf. 723. nu- mer. 21. diximusque sup. lib. 1. c. 11. in fine, ergo eodem modo pater non valebit in præjudicium filici, cui jus quæsitum est, filium suum propter ingratitudinem, aliamve causam exheredare, cum eadem ratio in utroque casu reperitur.

88 Tandem idem suadet, quod si patri liceret per exhe- redationem impedire confiscationem legitimæ filij, ina- ne foret statutum, quo caveretur, ut pater solveret pec- uniariam condemnationem illis casibus, quibus filius possit exheredari, cum in potestate patris esset, statutam poenam evitare, ac mentem statuentiam eludere, lex enim nisi in invitos reddatur, nullus erit momenti, atque ideo ejus virtus est punire, & coercere; l. 1. l. legis virtus 7. ff. de legib. Igitur statutum, per quod pater cogitur solvere pro filio condemnationem, locum habebit, etsi de jure delin- quens possit exheredari. Alioquin quod una via denegatur patri, scilicet legitimæ filij retentio, alia permitteretur: adversus juris principia; unio. de Cleric. conjugat. in 6. & c. cum quid 84. ubi notatur, de reg. jur. eod. lib. Menoch. conf. 285. numer. 41. Cyriac. tom. 3. contr. ov. 4. §. 7. n. 12. ex quibus & aliis consultò omissis, quæ facile occurrunt, dubia red- ditur Merlini sententia; quæ tamen probari rectius poterit, cum pater ex delicto, vel ingratitudine præcedenti, fi- lium exheredem fecerat, ac postea fuit damnatus filius ex novo crimine poena pecuniaria, quam pater solvere debe- ret; tunc enim prævenit causam filici, nec suo jure privati æquam est; maxime cum alias possit filius in odium patris, à quo se exheredatum cognovit, tale scelus admittere, ex quo veniret poena pecuniaria plectendus, ut ita filicus le- gitimam patri auferret. Quod, cum hujusmodi statuta odio- sa sint, erit facilius admittendum.

89 Ad tradita paulò superius sunt aliqua observanda. Pri- mum ad computationem legitimæ, ut pater eam solvat pro filio delinquente, inspiciendum esse tempus sententiæ, pe- rinde ac si tunc ille moreretur; nec amplius tenebitur filico, aut filio, etsi, adaucto patrimonio, decedat; quemadmodum nec repetere poterit, si exhaustis facultatibus obeat; Tell. Fernand. in l. 2. Taur. n. 14. Caball. d. cas. 250. n. 26. Nell. sup. part. 1. temp. 2. quæst. 35. Merlin. qui de praxi testatur, d. lib. 3. tit. 1. quæst. 39. n. 3. ubi tres refert opiniones, de quo etiam videre oportet Farinac. d. l. quæst. 24. n. 187. Mangil. de impuar. quæst. 41. Guttier. in cap. quævis pactum, verbo, à filia, n. 13. 14. de pact. in 6. Secundum, filium posse post deli- ctum renunciare suæ legitimæ ante condemnationem, atque ita non erit locus confiscationi ex statuto, Merlin. q. 38. n. 4. Mag. q. 4. n. 6. Quod limita, si in fraudem fiat, vel in crimine, quod delinquentem privat bonis à die delicti, ut Majesta- tis, arguuntur. l. si donationes 32. §. ult. ff. de donationibus. Ter- tium; patrem non teneri, si filius ut contumax, & non ex le- gitimis probationibus condemnatur, Merlin. quæst. 35. à princip. Farinac. pluribus laudatis, n. 176. Alciat. de presump. reg. 9. presump. 22. n. 2. Sim. de Præcis, conf. 65. num. 1. Bertaz. conf. 83. n. 14. lib. 1. Quartum; non esse necessarium, ut pater citeatur in causa, quæ adversus filium delinquentem tracta- tur, ad solutionem legitimæ, nisi quando filius abesset, & propter ejus contumaciam juxta formam statuti pater tene- reretur, tunc enim citari debet, ut sententia ei præjudicium pariat, Farinac. n. 183. Merlin. ubi proximè, num. 7.

Ibi : Quamvis secluso statuto.

90 Secundum jus commune, pater non est astrictus ad sol- vendam legitimam filij delinquentis, ut pecuniaria poenæ illi impostæ satisfiat; Farinac. sup. n. 16. Caball. d. cas. 250. n. 2. Clar. d. quæst. 86. n. 5. Daenas sup. reg. 356. n. 2. Crass. quæst. 12. n. 2. Padilla sup. n. 33. Merlin. quæst. 33. n. 2. Menchac. d. §. 20. n. 285. Boet. decis. 22. Ruin. conf. 149. n. 3. Viv. commun. tom. 1. lib. 3. tit. 16. de inoffic. testam. n. 55. vers. Et hinc est, Suar. ubi supra, Valdes in addit. ad Roderic. Suar. in l. post rem judicatam, notab. 13. ff. de re judicat. Valalc. de partitionib. cap. 21. n. 2. Surd. d. decis. 167. n. 1. Joseph. Ludovic. ubi su- pra, Tusch. lit. P. conc. 212. n. 15. Guttier. d. q. 42. num. 1. 2.

Quod limitatur, si filius veniret capite plectendus, nisi pecuniaria poena solveretur, Valalc. ubi proximè, vel si in vinculis